untas. Quod etiam in facultatibus sensitivis considerare licet,
nam phantasia, seu cogitativa altiorem modum operandi ha-
bet, quam appetitus sensitivus. Declarari præterea potest, quia
intellectiva, seu cognoscitiva potentia est immediatior essentia 315
et substantiæ, quam voluntas, seu appetitus, nam intellectus
immediate intelligitur consequi substantiam, voluntas autem
medio intellectu: unde est veluti passio illius, seu per illum re- 315R
sultans: nam sicut appetitus naturalis oritur ex forma naturali,
ita appetitus elicitus ex forma apprehensa, et consequenter vol-
untas operandi vitaliter oritur ex facultate cognoscendi. Quod 320
ulterius potest in hunc modum declarari, nam intelligere est,
quod per se pertinet ad gradum rationalem, seu intellectualem,
ut sic, et est prima operatio, in qua distinguitur ab inferiori 320R
gradu sensitivo: illa ergo potentia, in qua maxime viget vis
utendi ratione, est perfectissima in illo <74> gradu, hæc autem 325
est intellectus, qui per se est potentia rationalis, voluntas enim
solum per participationem hoc habet, quatenus a ratione di- 325R
rigitur, ut illi obedire possit, ut Aristoteles dixit 1, *Ethic.*,
cap. ult., unde in Deo ipso, ubi facultas et actus intelligendi
sunt ipsa essentia Dei ipsum intelligere est veluti formale esse, 330
quod constituit primo ipsam essentiam Dei: amare vero, secun-
dum rationem, potius intelligitur esse substantia, seu natura 330R
Dei solum per identitatem ratione infinitatis: et fortasse hac
ratione, inter alias, processio per intellectum in Deo sicut est
origine prima, ita ex vi suæ rationis formalis est magis commu- 335
nicativa ipsius divinæ naturæ, quam processio per voluntatem,
et ideo illa est generatio, et non ista: ergo facultas intelligendi
sicut est immediatior gradui rationali, ita est perfectior; et ideo 335R
libertas, et quidquid est perfectionis in voluntate, provenit ab
intellectu ut a radice.

Vide auctorem
lib. 11. *de Trinit.*
cap. 5. & 6.

340 9. Sed dicet aliquis, esto hoc verum sit, inde tamen ad
summum sequitur inter naturales operationes utriusque poten-
tiæ perfectissimam intellectus superare perfectissimam volun- 340R

this place for it pertains to the science of the soul and is also treated in
Ia.82.3, where it is proven by St. Thomas by reason of the objects since
the object of the intellect is more abstract and therefore more spiritual
in its way. It can also be understood according to the way of acting,
for the intellect really acts more precisely and skillfully than the will.
One may also consider this in the sensitive faculties, for imagination
or the cogitative faculty has a higher way of acting than the sensitive
appetite. In addition, it can be shown, since the intellective or cognos-
citive power belongs more immediately to essence and substance than
the will or appetite. For intellect is immediately understood to fol-
low from substance, but the will by means of the intellect. Hence, the
will is as if a property of it or resulting from it. For just as natural
appetite arises from a natural form so elicited appetite from an appre-
hended form and, consequently, the will in acting vitally arises from
the faculty of cognizing. This can, further, be shown in this way: for to
understand is what belongs *per se* to the rational or intellectual level [of
being], as such, and is the first action in which it is distinguished from
the lower sensitive level. Therefore, that power in which the power
of using reason maximally flourishes is the most perfect in that level.
But this is the intellect, which is *per se* the rational power, for the will
only has this through participation insofar as it is directed by reason
so that it can obey reason, as Aristotle said in the last chapter of *EN* I.
Hence, in God himself, where the faculty and act of understanding are
the very essence of God, to understand itself is as if the formal being
which constitutes the first essence itself of God. But to love, follow-
ing reason, is rather understood to be the substance or nature of God
only through identity by reason of infinity. And perhaps for this rea-
son, among others, just as procession through intellect in God is first
by origin, so also it is more communicative of divine nature itself than
procession through the will. And for this reason the former is genera-
tion and not the latter. Therefore, just as the faculty of understanding
is more immediate to the rational level, so also it is more perfect. And
for this reason, freedom and whatever is of perfection in the will comes
forth from the intellect as from a root.

See the author's
De An. V, cap. 9.

See the author's
De Trin. XI,
cap. 5 and 6.

9. But someone may say: suppose this is true. Still, at most what
follows from that is that among the natural actions of either power the
most perfect [actions] of intellect surpass the most perfect [actions] of

An evasion.

Evasio.

	<p>345 tatis: non vero in supernaturalibus, ut sunt visio, et amor charitatis, quia cum in his actibus facultates animæ operentur ut instrumenta per potentiam obedientialem, fieri potest ut potentia naturaliter minus perfecta ad perfectiorem actum perficiendum eleuetur, sicut in via fit. Respondetur, eadem proportione</p>		
Præcluditur 1.	<p>350 posse argumentum procedere comparando ipsum intelligere et velle in ordine supernaturali, quod etiam in illo ordine intelligere ex suo genere est perfectius, ut probant rationes factæ applicatæ eadem proportione; ergo perfectissima intellectio illius ordinis, est excellentior perfectissimo actu voluntatis: sed huiusmodi est visio Dei clara, ut postea dicemus. Et confirmatur, quia est participatio illius visionis Dei per essentiam, quæ est ipsum esse Dei, et est in supremo ordine, in quo potest illa visio participari, et ideo efficit etiam maxime similes Deo, ut indicat ille locus 1, Joan. 3, atque nos maxime coniungit.</p>	345R 350R	It is forestalled, firstly.
Secundo.	<p>355 Denique quamvis istæ potentiæ eleventur per potentiam obedientialem, tamen hoc habet fundamentum in natura earum juxta illud Augustini, de Prædestinat. Sanct.: <i>Posse habere fidem, naturæ est hominum: habere autem gratiam, est fidelium:</i> utraque autem potentia est æque capax in suo ordine, et ideo cum eadem proportione elevari possunt: si ergo operatio naturalis intellectus perfectissima excedit operationem voluntatis etiam illa, ad quam maxime elevatur per gratiam, erit perfectior, quam omnis operatio voluntatis: non est ergo dubium quin ex parte perfectionis magis sit constituenda beatitudo in visione, quam in amore.</p>	355R	Secondly.
Tertio.	<p>360 10. Sed quia ex hoc solo principio non potest formaliter inferri solam visionem esse totam essentiam beatitudinis, ideo in hac opinione addendum est secundum fundamentum, scilicet solum actum intellectus esse consecutionem, seu adeptionem ultimi finis, hoc autem duabus viis ostendi potest, ita ut una sit directe ostensiva, altera vero quasi indirecte, excludendo actus voluntatis, nam cum ultimus finis noster qui pure spiritualis est, attingi non possit nisi per actus voluntatis, vel intellectus, si omnes actus voluntatis excluduntur a ratione consecutionis, recte concluditur totam consistere in actu intellectus.</p>	360R 365R	Thirdly.
2. Fundamentum bipartitum.	<p>5 11. Prior pars variis modis, seu rationibus ostendi potest: Prima sumitur ex proprio modo operandi intellectus, trahit</p>	5R 10R	The second foundation in two parts.
Prior pars fundamenti directe ostensiva actuum intellectus. Ostensio 1. inefficax.	<p>11. The former part can be shown by various ways or arguments. The first is taken from the intellect's proper ways of acting. For it draws</p>		The first part of the foundation is directly evident of the acts of the intellect. The first proof is ineffectual.

enim ad se res, quas intelligit, in quo differt a voluntate, quæ
 15 potius fertur ad res, quas amat: ergo intellectus ex modo
 operandi suo est aptissima potentia, ut anima per actum ejus
 teneat, et consequatur ultimum finem suum. Hæc ratio ha-
 20 bet quamdam apparentiam, tamen et fundatur in locutione
 quadam fere metaphorica: nam intellectus dicitur trahere res
 ad se, solum quia in se recipit objecti speciem, et per eam
 in se format intentionalem similitudinem, seu conceptum rei
 25 cognitæ. Deinde jam supra diximus, consecutionem finis
 non esse necessario intelligendam per modum tractionis, hoc
 enim valde materiale est, sed solum per talem conjunctionem
 cum objecto, quæ sit accommodata naturæ illius, et satiet
 desiderium inquirentis tale objectum: ergo ex eo quod intel-
 30 lectus illo modo operatur: non satis probat in illo esse conse-
 cutionem objecti.

2. Ostensio etiam
 insufficiens.

12. Secunda ratio esse potest, quia visio fit per assimila-
 30 tionem, quod non habet amor, nam ille potius fit quasi per im-
 petum et inclinationem: videtur autem consecutio Dei optime
 fieri per assimilationem ad ipsum, juxta illud, *Similes ei erimus*:
 cum enim creaturæ omnes habeant Deum pro ultimo fine,
 omnes aliquo modo intendant illi assimilari, et tunc censen-
 35 tur illum finem maxime consequi, quando illi maxime assim-
 ilantur, juxta uniuscujusque capacitatem: creatura ergo ratio-
 nalis, quæ speciali modo habet Deum pro ultimo fine, quatenus
 eum in se potest attingere per illam operationem, maxime il-
 lum consequitur quo illi maxime fit similis: hæc autem est co-
 40 gnitio, seu visio, ut dictum est. Hæc ratio, est etiam
 apprens, tamen enervari potest, quia illa similitudo cognitio-
 nis tantum est intentionalis: item quia per amorem assimilatur
 etiam beatus Deo, non quidem similitudine intentionalis, sed
 per participationem eminentissimam divini actus, et operatio-
 45 nis: et quia sicut per amorem Deus quiescit in se, et unitur sibi
 affective: unde fit, ut omnia ad se propter se diligat: ita beatus
 amando quiescit in Deo, et unitur illi summo affectu, et omnia
 alia in illum, et propter illum diligit.

3. Ostensio etiam
 infirma.

13. Tertia ratio affertur in hoc puncto, quia visio facit
 50 præsentem rem visam, amor vero non ita, sed potius prære-
 quirir præsentiam factam per cognitionem, ut possit haberi.

15R to itself those things which it understands. It differs in this from the
 will, which rather is brought to the things which it loves. Therefore,
 the intellect in its way of acting is the most apt power in order for
 the soul through its act to hold (*teneat*) and follow its ultimate end.
 This argument has a certain appearance; still, it is also founded in a
 certain locution that is almost metaphorical. For the intellect is said to
 draw things to itself only because it receives in itself a form (*speciem*)
 20R of the object and through that forms in itself an intentional likeness
 or concept of the thing cognized. Also, as we already said above, the
 attainment of the end should not necessarily be understood in the mode
 of drawing (*tractionis*)—for this is very material—but only through such
 a conjunction with the object as is suited to its nature and satisfies the
 25R desire of one inquiring into such an object. Therefore, from the fact
 that the intellect acts in that way is not sufficiently proven that the
 attainment of the object is in that.

12. The second argument can be that vision happens through a
 likeness, which love does not have for it happens more, as it were,
 30R through impetus and inclination. But the attainment of God seems
 to happen best through a likeness to him, according to that passage:
 ‘we shall be like him’. For since all creatures have God as their ulti-
 mate end, they all intend to be become like him in some way and then
 are thought most to follow that end when they become most like him
 according to the capacity of each one. Therefore, a rational creature—
 35R which has God as its ultimate end in a special way insofar as it can attain
 him in himself through that action—follows him to the highest degree
 by that with which he becomes most similar to him. But this is cogni-
 tion or vision, as was said. This argument is also apparent, yet can be
 40R weakened, since that similarity of cognition is only intentional. Also
 because the happy person also become like God through love; not, in-
 deed, by an intentional similarity but through a most eminent sharing
 in the divine act and action. And because just as God rests in himself
 through love and is united to himself affectively whence it happens that
 he loves everything according to himself and for his own sake, so also
 45R a happy person in loving rests in God and is united to him in highest
 affection and loves everything else in him and for his sake.

13. The third argument is brought forward with this point, since
 vision makes the thing seen present. But love does not do this but rather
 50R prerequisites the making present having been done through cognition so

The second proof
 is insufficient.

The third proof is
 also unsound.

Hæc tamen ratio et parum differt a præcedentibus, et videtur petere principium variatis solis terminis, quia rem fieri præsentem ex vi cognitionis, quid aliud est, quam cognosci, seu repræsentari menti per intentionalem similitudinem: hic enim non potest esse sermo de præsentia locali, seu reali indistantia, aut conjunctione entitatum, quia hæc nec multum refert ad rationem beatitudinis explicandam, nec proprie fit per operationem, licet fortasse præsupponatur ad illam, quatenus talis operatio fieri debet ab ipso Deo, quod tam in operatione voluntatis, quam intellectus locum habet: est sermo de præsentia objectiva, in qua significatione nihil aliud est esse præsens, quam videri, quod quidem verum est amori non convenire: tamen probandum est hoc esse necessarium ad consecutionem: dici enim potest, quod licet amor non faciat illo modo præsens, facit tamen unitum suo modo, nam etiam facit amatum esse in amante.

Quid conficiant prædicta ostensiones.

14. Hæc igitur rationes directe et ostensive non sufficiunt ad probandam solam visionem esse consecutionem: videntur tamen mihi sufficienter probare visionem non posse excludi a ratione consecutionis, quia si visio est perfectissima operatio naturæ intellectualis ut ostensum est, et immediate attingit ipsum ultimum finem, et maxime facit illi similem tum intentionaliter, tum etiam secundum participationem perfectissimi actus divini, quo Deus se videt. Et præterea facit præsens objectum ut conjunctum cognoscenti, et quodammodo constituit illum in potestate videntis, ut ille possit frui et satiari. Quæ quæso ratio afferri potest, cur talis operatio non habeat rationem consecutionis? in rebus enim materialibus, quibus utendum est tunc dicimur adipisci aliquam rem, quando ita constituitur nostra potestate, <col. > ut illa uti possimus nostro arbitrio; ergo in ultimo fine, quo fruendum est, tunc recte dicemur adipisci illum, quando ita constituit in potestate nostra, ut pro voluntate nostra illo frui possimus. De qua re est elegans locus apud D. Thomam, 1 p., quæst. 12, art. 7, ad 3, ubi ad hunc modum explicat rationem consecutionis.

Posterior pars fundamenti exclusiva actuum voluntatis.
1. Ratio exclusiva, ex D. Thom.

15. Superest ergo ut alia via indirecta ostendam voluntatem non posse habere actum, qui sit consecutio, nec totalis, nec partialis: hoc autem tribus aliis rationibus ostendi solet.

that it can be had. Yet this argument also differs little from the preceding ones and it seems to beg the question by varied terms alone, since the thing becomes present by the power of cognition which is something else than to be cognized or represented by the mind through intentional similarity. For the discussion here cannot be about local presence or real indistance or the conjunction of entities, since this is not of much relevance for explaining the nature of happiness nor does it properly happen through action, although perhaps it is presupposed for action since such action must be done by God himself, which has as much a place in the action of the will as in the action of the intellect. The discussion is about objective presence, by which signification to be present is nothing other than to be seen. It certainly is true that this does not apply to love. Still, it needs to be proven that this is necessary for attainment [of the end]. For it can be said that although love does make [something] present in that way, nevertheless, it brings about a unity in its way for it also makes the beloved be in the lover.

14. Therefore, these arguments do not directly and ostensively suffice for proving that vision alone is attainment. Still, they seem to me sufficiently to prove that vision cannot be excluded from the nature of attainment. If vision is the most perfect action of intellectual nature as way shown, it both immediately reaches the ultimate end itself and brings about similarity to it to the highest degree both intentionally and according to the sharing in the most perfect divine act by which God sees himself. And, in addition, it makes the object present as conjoined to the cognizer and in a certain way sets it up in the power of the seer so that he can enjoy it and be satisfied. What reason, I ask, can be brought forward for why such an action does not have the nature of attainment? For in the case of material things which one is to use we are said obtain some thing when it is put in our power in such a way that we can use it by our decision. Therefore, in the case of the ultimate end which one is to enjoy, we will rightly be said to obtain it when it is put in our power in such a way that we can enjoy it according to our will. St. Thomas has an elegant passage concerning this matter in [ST] Ia.12.7 ad 3, where he explains the nature of attainment in this way.

What the mentioned proofs do accomplish.

15. It remains, therefore, for me to show by the other indirect way that the will cannot have an act which is attainment, neither wholly nor partially. But this is usually shown by three other arguments. The

The latter part of the foundation is exclusive to acts of the will.
The first exclusive argument, from St. Thomas.

90 Prima est, illa quam attigit D. Thomas 1, 2, quæst. 1, art. 1,
ad 2, et quæst. 3, art. 4, ad 2, et latius 3, contr. Gent., cap. 26,
quia primum volitum, seu primum objectum voluntatis non
potest esse actus ejus, nam actus, quo voluntas [sic] vult
95 suum actum, est reflexus, unde necesse est ut supponat actum
habentem aliud objectum, in quod directe tendat, quod qui-
dem non sit actus voluntatis, quia potentia prius movetur ab
objecto, quam ab actu suo: ergo primum objectum voluntatis
non potest esse actus voluntatis: ergo non potest esse ultimus
100 finis: ergo nec consecutio ejus, quia hæc etiam habet rationem
ultimi finis. Probatur autem prima consequentia, quia ultimus
finis est primum volitum, seu primum objectum voluntatis.

Cur non
satisfaciat
proxima ratio.

100 16. Hanc rationem late defendit Cajetanus et Ferrarius,
fateor tamen mihi esse valde difficilem, primo quidem, quia
satis est quod ultimus finis objectivus sit primum objectum ap-
petibile directe a voluntate: non videtur autem necessarium,
105 nec ex tota ratione ultimi finis probari potest, quod consecutio
ejus sit etiam appetibilis actu a se distincto. Quod in hunc
modum explico: aut enim consideratur homo prius quam con-
sequatur ultimum finem, verbi gratia, pro statu viæ aut in eo
105R statu, in quo jam tenet ultimum finem; in priori statu bene
potest homo primo directe amare ultimum finem et consecutio-
nem ejus, etiamsi fingamus illam esse futuram in actu volun-
tatis, ut, verbi gratia, si quis nunc credat gaudium beatificum
110 futurum esse adeptionem sui finis, cur non poterit actu primo,
et directe illum intendere, et consequi illum, et propter hunc
finem primo operari juxta illud, finis præcepti est charitas? Si
vero loquamur de homine jam possidente ultimum finem, si
115 amando possidet, cur non satis est ut objectum illius amoris sit
primum appetibile a voluntate, et quod ille amor dum directe
fertur in illud objectum, simul quasi reflexe feratur <76> in se
120 ipsum, et sit magis volitus quam omnis alius actus voluntatis,
vel per ipsummet actum, vel per alium, si voluntas velit for-
malem reflexionem facere, certe non apparet in hoc esse aliquid
120R contra rationem ultimi finis, vel consecutionis ejus ut sic: ergo

90R first is the one which St. Thomas mentions in IaIIæ.1.1 ad 2, 3.4 ad 2,
and more extensively in SCG III, c. 26. The first thing that was willed
or the first object of the will cannot be its act, for the act by which the
will wills its act is reflexive. Hence, it is necessary that it suppose an act
having another object to which it directly tends. This object is certainly
not an act of the will, since the power is moved by the object before it
is moved by its act. Therefore, the first object of the will cannot be an
act of the will. Therefore, it cannot be the ultimate end and, therefore,
95R neither its attainment, since this also has the nature of the ultimate end.
Moreover, the first consequence is proven, since the ultimate end is the
first thing that was willed or the first object of the will.

100R 16. Cajetan and Ferrarius¹⁰ defend this argument more extensively.
Still, I admit that it seems most difficult to me. First, indeed, because it
is enough that the objective ultimate end is the first object directly desir-
able by the will. But it does not seem necessary (nor can it be proven
according to the entire nature of the ultimate end) that its attainment is
also desirable by an act distinct from it. I explain this in the following
105R way: either the human being is considered before he pursues the ulti-
mate end—for example, as in the state on the way—or in that state in
which he already holds (*tenet*) the ultimate end. In the former state, he
can well first directly love the ultimate end and its attainment, even if
we imagine that it will be in the act of will, as, for example, if someone
now believes that beatific joy will be the achievement of his end. Why
110R will he not be able to intend and pursue it by a first act and directly and
first act for the sake of this end according to that passage ‘charity is the
end of the law’ [1 Tim. 1:5]? But if we are talking about the human as
already possessing the ultimate end, if in loving he possesses, why is it
not enough that the object of his love is first desirable by the will and
that this love, as long as it is directly brought to that object, at the same
time, as it were, is brought reflexively to it itself and is willed more
than all the other acts of the will, either through the very act itself or
through another act? If the will wishes to make a formal reflection, it
120R is certainly not evident that there is something in this that is contrary
to the nature of the ultimate end or its attainment as such. Therefore,

Why the last
argument does
not satisfy.

¹⁰Usually, Suárez uses ‘Ferrariensis’ to refer to Francis Sylvester of Ferrara (e.g., in n. 6); is this a reference to the same person? Or to the early 16th century Octavianus Ferrarius? But the latter seems less likely.

ex illa præcisa ratione non satis excluditur actus voluntatis.

Instatulterius prædicta ratio. 125
17. Deinde insto contra rationem hanc in hunc modum, nam sicut ultimus finis dicitur primum objectum amabile, ita dici potest primum objectum intelligibile, quia hic non est sermo de primo ordine temporis, seu successione durationis; quia in hoc sensu primus finis non est ultimum volitum, præsertim loquendo de fine ultimo particulari, ut constat ex dictis, disputatione prima: igitur propositio illa intelligenda est de primo ordine perfectionis, seu natura; secundum se: et hoc modo, sicut finis ultimus est primum objectum appetibile, ita et intelligibile, quia sicut est objectum supremum voluntatis, ita et intellectus: hinc autem inferri non potest, quod ultimus finis formalis non sit actus intellectus, quia satis est, quod finis ultimus objectivus sit per se primum objectum intelligibile, actus vero perfectissimus; qui circa illud versatur, sit etiam in supremo ordine intelligibilium, tanquam consecutio illius objecti: ergo idem proportionaliter dici potest de voluntate.

2. Ratio exclusiva ex Durando. 140
18. Est ergo secunda ratio, qua usus est Durandus in 4, distinct. 49, quæst. 1, quia appetitus non est propter se, nullus enim præcise appetit propter appetendum, sed propter consequendum id, quod appetit, ut patet discurrendo per omnem appetitum naturalem, sensitivum; atque eadem ratio est intellectivo; ergo cum voluntas sit potentia ad appetendum, et omnis actus ejus sit appetitio quædam, non potest illa ut sic esse consecutio, sed potius debet ad consecutionem ordinari, seu per consecutionem satiari; unde in omni natura hoc reperitur, quod alia est facultas data ad appetendum, alia vero ad consequendum, et possidendum.

Objicitur contra hanc rationem. 155
19. Hæc vero ratio videtur ad summum de amore concupiscentiæ procedere, qui refertur ad bonum amantis: nam hoc amore amamus nostrum commodum, quod non obtinemus amando, ut avarus non obtinet divitias qui amat illas, et sic de aliis. Unde in hoc amore semper videtur consecutio ab effectu distingui, et ideo non potest etiam habere rationem ultimi finis in suo ordine, quia est propter aliud: at vero in puro amore amicitia, et præsertim <col. b> respectu Dei, non videtur huc

an act of the will is not excluded by this argument alone.

17. Next, I challenge this argument in this way: just as the ultimate end is called the first lovable object, so also it can be called the first intelligible object, since this is not a discussion about being first in the order of time or in the succession of duration. Because in this sense, the first end is not the ultimate willed [end], especially when speaking about a particular ultimate end, as is clear from what was said in the first disputation. Therefore, this proposition should be understood as concerning being first in the order of perfection or nature, according to itself. And in this way, just as the ultimate end is the first desirable object, so also the [first] intelligible [object], since just as it is the supreme object of the will, so also of the intellect. But it cannot be inferred from this that the formal ultimate end is not an act of the intellect, since it is sufficient that the objective ultimate end be *per se* the first intelligible object. But a most perfect act, which turns concerning it, is also in the highest order of intelligibles, just as the attainment of that object. Therefore, the same can be said proportionately about the will.

18. There is, therefore, a second argument, which Durandus uses in IV, dist. 49, q. 1: desire is not for the sake of itself, for nothing desires strictly for the sake of desiring, but rather for the sake of obtaining that which it desires, as is clear by running through every natural [and] sensitive appetite. And the same argument applies to the intellective [appetite]. Therefore, since the will is a power for desiring and every one of its acts is a certain desire, this¹¹ as such cannot be attainment but rather must be ordered to the attainment or be satisfied through attainment. Hence, this is found in every nature, that a faculty is given one thing for desiring but another for pursuing and possessing.

19. But this argument seems at most to proceed concerning concupiscent love that is referred to the good of the lover. For by this love we love our advantage, which we do not obtain by loving it. For example, a miser does not obtain wealth who [merely] loves it, and likewise for other things. Hence, in the case of this love attainment seems always to be distinguished from the effect and it cannot also have the nature of an ultimate end in its order since it is for the sake of something else. But, on the other hand, in the case of pure friendship love, especially with

The mentioned argument is pursued further.

The second exclusive argument from Durandus.

An objection against this argument.

¹¹Is the 'illa' referring to the will or to the desire?

160 procedere: nam hoc amore solum volumus bonum divinum,
 ut illi bene sit, unde in hoc sistit ut in ultima perfectione sua:
 talis ergo amor ex se non ordinatur ad aliam consecutionem,
 quia hoc solo contentus est, quod Deus in se bonis abundet; 160R
 ergo hic amor habet rationem ultimi, et non est datus ad con-
 sequendum aliud bonum, sed solum ut nos conjungat summo
 165 bono amando illi bonum, quod habet.

respect to God, [the argument] does not seem to proceed to this point.
 For by this love we only will divine good so that it is well with him (*ut
 illi bene sit*). Hence, it stops in this as in its ultimate perfection. There-
 fore, such love is not ordered from itself to another attainment, since
 it is content in this alone that God in himself overflows with goods. 160R
 Therefore, this love has the nature of an ultimate [end] and was not
 given for pursuing another good but only so that it joins us to the high-
 est good by loving the good to it which it has.

Tripliciter
 occurrit
 Durandus.
 Primo.

20. Quæ objectio non latuit Durandum: tribus autem
 modis illam solvere conatur: primo, quod circa Deum non
 est proprius amicitiae, seu benevolentiae, quia Deus nullo bono
 indiget, nec indigere potest, et ita non possumus velle illi
 5 aliquod bonum denuo ei acquirendum, quod proprie pertinet
 ad amorem benevolentiae. Sed in hoc valde deceptus est, 5R
 quia charitas est vere amicitia ad Deum, imo si erga aliquem
 esse potest pura benevolentia, est ad Deum, nam est bonum
 maxime propter se amabile, et super omnia, etiam supra ip-
 sum amantem: nec refert quod Deus non acquirat bona intrin- 10R
 seca, quia inde solum fit hæc bona non amari Deo per modum
 desiderii, non tamen excluditur quin amari poterunt simplici
 amore, quo amatur quodlibet bonum, etiam postquam possi-
 detur. Unde dicit secundo hunc amorem, secundum quod
 15 possibilis est, esse debitum Deo ex justitia, et ideo magis habere
 rationem meriti. Verum licet hoc concederemus de amore
 viae, quia est liber, tamen ut est necessarius in patria, potest
 habere rationem finis et præmii: unde sub eadem ratione non
 potest proprie dici debitum morali, seu legali debito, quia ea,
 20 quæ sunt necessaria, non cadunt sub hoc debitum: tum etiam,
 quia impertinens est ad rationem consecutionis beatitudinis,
 quod ille actus, in quo consistit, sit debitus Deo, vel debito
 morali, si talis actus posset esse liber, vel debito connaturali- 20R
 tatis; quia quodammodo debetur Deo propter bonitatem suam
 summus amor potentialis, et in solutione hujus debiti potest 25R
 esse maxima hominis perfectio. Tertio ergo dicit, et hoc etiam
 sequuntur aliqui Thomistæ, beatitudinem consistere in nostris
 commodis, ut ex Anselmo, supra retuli, et ideo amore amic-
 itiae ut sic, non posset pertinere ad nostram beatitudinem,
 30 quia talis Amor, ut idem Anselmus ait, non spectat ad affec- 30R

20. This objection does not escape the notice of Durandus. More-
 over, he tries to solve it in three ways. First, [he says] that with respect
 to God there is no proper friendship [love] or benevolent [love], be-
 cause God lacks no good nor can lack [any good] and thus we cannot
 will for him some good to be acquired anew for him, which properly
 belongs to benevolent love. But he is greatly deceived in this, since char-
 ity truly is friendship with God; indeed, if there can be pure benevo-
 lence to anyone, it is to God. For he is the good most lovable for its
 sake and beyond all else, even beyond the lover himself. Nor does it
 matter that God does not acquire intrinsic goods, since from that it
 only happens that these goods are not loved by God through the mode
 of desire. Still, it is not prevented that they could be loved with the
 simple love by which any good whatever is loved even after it is pos-
 sessed. Hence, he says, secondly, that this love, according to which it is
 possible, is a debt to God by justice and therefore has more the nature
 of merit. To be sure, although we conceded this concerning the love
 of the way, since it is free, nevertheless, as it is necessary in the home-
 land, it can have the nature of an end and of a reward. Hence, it cannot
 properly under the same aspect be called a moral or legal debt to God,
 since those things which are necessary do not fall under this debt. Also,
 moreover, because it does not pertain to the nature of the attainment
 of happiness that that act in which it consists is a debt to God, either
 a moral debt, if such an act could be free, or a debt of connaturality,
 since in a certain way the highest potential love is owed to God for the
 sake of his goodness and the greatest perfection of a human being can
 be in the payment of this debt. Thirdly, therefore, he says—and some
 Thomists also follow this—that happiness consists in our advantages, as
 from Anselm, [whom] I mentioned above. And, therefore, friendship
 love as such could not pertain to our happiness, since such love, as the
 same Anselm says, does not pertain to the affection for advantage but

Three responses
 occur to
 Durandus.
 The first.

Secundo.

The second.

Tertio.

The third.

tionem commodi, sed justitiæ. Sed hoc etiam mihi non satisfacit, quia ille amor, qui respectu Dei est amicitiae, est maximum commodum nostrum. Unde ex amore commodi possumus hunc amorem amicitiae divinae nobis amare, <77>
 35 maxime quia non est necessarium et nostram beatitudinem
 semper nobis amore concupiscentiae amemus, nam ex vi amicitiae divinae possumus nobis desiderare beatitudinem: sicut alibi dixit divus Thomas *Charitas a charitate diligitur*: et inter solvunda argumenta Scoti plura dicemus.

3. Ratio exclusiva
 ex D. Thom.

21. Tertia et ultima ratio D. Thomæ, loco citato, est, quia omnis amor voluntatis vel antecedit consecutionem boni amati, vel subsequitur: ergo nunquam ille potest esse consecutio. Antecedens patet, quia actus voluntatis vel est desiderium, et hoc intrinsece postulat, ut sit de bono nondum habito, et ideo antecedit consecutionem: vel est delectatio, et hæc intrinsece est de bono jam consecuto: supponit ergo consecutionem: non enim delectamur ut consequamur, sed quia consecuti sumus. Contra quem discursum statim occurrit objectio, quia præter hos actus reperitur amor. Sed huic objectioni occurrit idem D. Thomas 3, contra Gentiles, cap. 25, ratione 5, quia eadem ratio est de amore et desiderio, nam amor est de se indifferens ad bonum consecutum, et non consecutum, unde interdum antecedit desiderium. Ex quo sumitur confirmatio, nam amor charitatis in via reperitur: ergo non potest esse actus, in quo consistat essentialis beatitudo, quia in via nullo modo consequimur objectum beatificum ut sic.

Objectio contra
 hanc rationem
 impugnatur.

Impugnationis
 Evasio duplex.
 Prima.
 Secunda.

22. Ad quam rationem respondet Scotus primo in via, et patria dari amores specie distinctos: sed hoc non est necessarium, nec hoc loco examinandum, et fortasse contrarium probabilius est. Secundo et apparentius respondet, non esse necessarium actum illum, qui est essentialis beatitudo, differre specie in natura entis ab illo actu, qui reperiri potest extra statum beatificum, sed satis est quod differat in modo, et conditionibus, quamvis sint extra essentiam talis actus; quia beatitudo non dicit actum illum secundum speciem ejus nudam, sed cum tali perfectione et modo, sicut de visione beatifica a nobis dictum est, l. 2, de Attributis Dei: nam illa visio (si fuit in Paulo in raptu) ejusdem speciei fuit cum visione beatifica, et

to the affection for justice. But this does not seem satisfactory to me, since this very love which is of friendship with respect to God is our greatest advantage. Hence, we can love this divine friendship love for us out of a love for advantage, especially since it is not necessary and since we always love our own happiness for us with concupiscent love. For we can desire happiness for us out of the force of divine friendship, just as St. Thomas said elsewhere: ‘Charity is loved by charity’. And we will say more during resolving the arguments of Scotus.

21. The third and last argument of St. Thomas, in the cited place, is that every love of the will either precedes the attainment of the loved good or follows it. Therefore, it can never be the attainment. The antecedent is clear, since an act of the will is either desire (and he postulates this intrinsically so that it is concerning a good that is not yet possessed and for this reason precedes attainment) or delight (and this is intrinsically concerning the good already attained; therefore, it assumes attainment, for we are not delighted in order to pursue but because we have pursued). An objection against this discussion occurs at once, since love is found besides these acts. But the same St. Thomas resists this objection in *SCG* III, c. 25, rat. 5, since the same argument applies to love and desire, for love is of itself indifferent to whether the good is attained or not attained. Hence, sometimes it precedes desire. A confirmation is taken from this, for the love of charity is found on the way. Therefore, it cannot be the act in which essential happiness consists, since we in no way attain the beatific object as such on the way.

22. Scotus responds to this argument, first, that loves distinct in species are given on the way and in the homeland. But this is not necessary nor should it be examined in this place. And perhaps the contrary is more probable. He responds, secondly and more apparently, that it is not necessary that that act which is essential happiness differ in species in the nature of the being from that act which can be found beyond the beatific state, but it is sufficient that they differ in mode and in conditions, although they are beyond the essence of such an act, since that act is not called happiness according to its bare species, but with such a perfection and mode, just as was said by us concerning the beatific vision in *De attributis Dei*, book II. For that vision (if it was in Paul when he was carried up) was of the same species as the beatific vision and yet

The third
 exclusive
 argument from
 St. Thomas.

An objection
 against this
 argument is
 resisted.

A twofold
 evasion of this
 response.
 First.
 Second.

70 tamen in illo non habuit rationem beatitudinis, quia non fuit
per modum permanentis, immutabilis, inamissibilis: sic ergo
amor viæ, quia ex modo, et statu suo mutabilis est, atque amis-
sibilis: non talis est, qualis ad beatificandum requiritur: amor
75 vero patriæ est immutabilis et inamissibilis, atque adeo est in
statu perfecto: ille ergo esse poterit actus beatificus: hic autem
amor sic per- <col. b>fectus non abstrahit a præsentia et ab-
sentia, sed necessario postulat Deum clare visum.

Impugnatur
etiam proxima
Evasio.

80 23. Sed contra rationem hanc procedit altera pars D. Tho-
mæ, quæ est delectatio: nam sicut delectatio supponit bonum
consecutum, ita hic amor Dei immutabilis, et maxime perfec-
tus, supponit Deum clare visum, et consecutum: imo si quid
habet perfectionis, quæ sit propria status beatifici, illam ha-
bet ratione visionis: ergo hic etiam amor eadem ratione ex-
cludendus est, qua delectatio. Et hæc videtur tota vis rationis
D. Thomæ, et sententiæ ejus quoad ultimum punctum: quæ
85 tamen responsionem non improbabilem habere videtur: probat
enim illa ratio amorem beatificum necessario supponere
aliquam præsentiam, atque adeo consecutionem aliquam ob-
jecti beatifici: quod etiam Scotus concessit, distinguens du-
plicem consecutionem quasi partialem: alteram priorem origi-
90 ne, quam dixit esse in intellectu: alteram in voluntate, origi-
ne quidem posteriorem, perfectione autem priorem, ut ipse
putavit: et quamvis nos hoc ultimum non admittamus, tamen
ex discursu facto, non videtur satis concludi illam consecutionem
et præsentiam, quæ est per intellectam, licet necessario
95 antecedit talem amorem, esse unicam, et totalem adeptionem
objecti beatifici et non veluti consummari, et integrari per ip-
sum amorem: hoc ergo solum manet difficile in hac opinione.

Sustinetur tamen
probabiliter dicta
Evasio.

100 24. Est ergo quarta sententia affirmans de essentia beatitudinis
formalis esse actum intellectus, et voluntatis simul. Ita opinantur
in 4, d. 49, Albertus Magnus et Thomas de Argentina, qui existimavit
rem hanc esse jam definitam. In eadem opinione est Bonaventura,
articulo primo, quæstione quinta, qui beatitudinem ponit in tribus
105 dotibus animæ quas esse dicit, amorem, visionem, fruitionem, ut sit
perfectum spirituale matrimonium inter Deum et animam. Richardus,
articulo primo, quæstione septima, requirit visionem et amorem,

4. Sententia stat
pro actu
intellectus &
voluntatis simul.
Quidam putant
hoc esse ab
Ecclesia
definitum.

70R it did not have in that the nature of happiness, since it was not in a per-
manent, immutable, and inamissible mode. In such a way, therefore,
the love on the way, since it is mutable and amissible in its mode and
state, is not of the kind that is required for making one happy. But the
love of the homeland is immutable and inamissible and therefore is in
a perfect state. It will, therefore, be able to be the beatific act. More-
over, this love so perfect does not abstract from presence and absence
75R but necessarily postulates God clearly seen.

80R 23. But the other part of St. Thomas's [argument], which is de-
light, proceeds against this argument. For just as delight supposes an at-
tained good, so this immutable and most perfect love of God supposes
that God has been clearly seen and achieved. Indeed, if he has anything
of perfection, which is proper to the beatific state, he has it by reason
of vision. Therefore, this love should be excluded for the same reason
for which delight [is excluded]. And this seems to be the whole force
of St. Thomas's argument and of his view with respect to the last point.
Nevertheless, he seems to hold this response as not improbable. For
85R this argument shows that beatific love necessarily supposes some pres-
ence and for that reason some attainment of the beatific object. Scotus
also conceded this, distinguishing two, as it were, partial attainments:
the one prior in origin which he said is in the intellect, the other in the
will indeed posterior in origin but prior in perfection, as he thought.
90R And, although we do not admit this last [part], nevertheless, according
to the discussion already had, it does not seem sufficient for concluding
that this attainment and presence which comes through the intellect
(although it necessarily precedes such love) is the unique and complete
achievement of the beatific object and not as something to be consum-
mated and integrated through love itself. Therefore, this alone remains
95R difficult in this opinion.

100R 24. There—There is, therefore, a fourth view that affirms that the
essence of formal happiness is an act of the intellect and of the will at the
same time. Albert the Great and Thomas of Argentina, who thought
this matter had already been settled, suppose in this way in IV, dist. 49.
Bonaventure is of the same opinion in art. 1, q. 5. He places happiness
in the three gifts of the soul which he calls love, vision, and enjoyment,
as it is the perfect spiritual marriage between God and soul. Richard, in
art. 1, q. 7, requires vision and love, but adds inamissibility, which he
thinks is a special act of the will. But he does not think rightly in this,

This evasion is
also resisted.

Yet the stated
evasion is
sustained with
probability.

The fourth view
stands for an act
of the intellect
and of the will
and the same
time.
Some think that
this is settled by
the Church.

